



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

42.

**THESES
JURIS NATURÆ ET GENTIUM
CONTROVERSI,**

AB
ILLUSTRISSIMIS S. R. I. COMITIBUS
DOMINIS

**AUGUSTO ET ALEXANDRO
DE SULKOW
SULKOWSKI**

*PUBLICÉ PROPOSITÆ
D. DECEMBRIS ANNO MDCCXLVII.*

*MODERANTE
ABRAMO GOTTLÖB WINCKLERO.
JUR. UTR. DOCTORE.*



LESNÆ TYPIS PRESSERIANIS.

**MICELSON ATQUE ILLUSTRISSIMO
DOMINO**

DOMINO
ALEXANDRO JOSEPHO
DE SUŁKOW
SUŁKOWSKI
S. R. I. COMITI
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
AUGUSTI III.

POLONIARUM REGIS ET ELECTORIS SAXONIAE
MINISTRO STATUS ET CONSILIARIO INTIMO

VENATORI CURIAE MAGNI DUCATUS LITHUANIAE
GENERALI PEDITUM EXERCITUUM S. R. MAJESTATIS,
EQVITI AQVILÆ ALBÆ IN POEONIA

S. ANDREÆ IN RUSSIA ET S. HENRIGI IN SAXONIA,
S. GANTNEO ODOLMNOWENSI, NOVODVORENSI, SOKOLNICKENSI,
PIASECZNENSI;

CONFIDENS ET DOMINO HEREDITARIO
IN LISSA, RYDZINA, KOBYLIN, MIEYSKA GORKA,
SCHMIGEL, ZDUNY &c. IN POLONIA,
NISCHWITZ, JESNIZ &c. IN LUSATIA,

DOMINO INDULGENTISSIMO.
S.

CELSE ATQVE ILLUSTRISIME
S. R. I. COMES,

Domine Indulgentissime!



uem vultus Tuus Celse
Comes, semper mirifice
exhilarare solebat, quoties-
cunque adeundi Te data
erat potestas, nunquam alacriori animo quam
boc

ASCE

hōc īpsō tempore ī conspectum Tuūm pro-
cessi. Scilicet, ex quo iussu Tuō indulgentis-
simō ad exponendā **Filiūs Illustrissimis** iura
huc evocatus sum; hōc vnum felicitati meae de-
esse videbatur, ut rationes gesti muneris **Tibi**
allquando reddere, atque publicum simul devo-
tissimae pietatis monumentum statuere liceret,
Votū hujus compotem me factum esse in præsen-
tia non sine incredibili quadam animi voluptate
intelligo. Sisto enim, quod benignissime con-
cessum mihi esse velim, sisto **Tibi Celsē Co-**
nies, Prolem tanto Parente dignam;
sisto **Tibi** industriae a nominis pariter ac virtu-
tum **Tuarum** heredibus tam strenuo hucusque
nauatae aliquod specimen; sisto autem et me, qui
B
inris

iuris iter emetentibus comes per hoc tempus adi-
 eram. Magnam utique imo maximam, et
 quae tantum non in superbiam me inducere pos-
 sit, rationem me habere video, de discipulis
 gloriandi, quos natalium splendor, quos pe-
 ctus generosum, quos ardor inquisitus praeclara-
 quaevis addiscendi, atque insignis doctrinae soli-
 dioris copia dudum aliis exemplo posuerunt.
 Verum haec ipsa laudum **Comitibus Illu-**
striissimis, debitarum cogitatio quidnam aliquid
 crit, nisi tacita imbecillitatis meae exprobratio?
 Etenim tantum abest, ut mihi quicquam tribui
 posse arbitrer, ut potius ipsorum viuido ingenio
 ac diligentiae vindicandos esse censem prosperos
 quos in iuris studio fecerunt progressus. Solli-
 citum

ESSE X:OSA

quum me talia pensantem haec reddere debent,
bant, quum offerendo **Tibi Domine indul-**
gentisime, hanc scriptionem id agere for-
san videar, vt laudes meas velut ipse canam,
simulque ostentem, quantum ad ornanda
Comitum Illustrorum studia con-
tulerim. At certe non video, cur virium
tenuitatem confessum fuisse pudori mihi esse
debeat, hoc loco in primis quo nulla prior nul-
la antiquior mihi esse debet cura, quam uti re-
uerentiam animumque addictissimum testatum
faciam. Accingit sese huic cultui pietas; ex-
osculatur illa, **Celse Comes,** insolitam qua-
semper me dignatus es, indulgentiam; pro-
inco-

OSCAR: OSU

incolumitate Tua cœlum supplex veneratur;
tandemque me totum Tibi consecrat. Annus
at supremum numen votis! annue Tu Do^r
mine indulgentissime conatibus, quos
Tibi humillime offert.

**CELSI ATQVE ILLUSTRISSIMI
NOMINIS TUI**

Scribem
Mense Decembris
Anno MDCCXLVII,

Cultor deuotissimus

Abram Gottlob Winckler



* * * * * *

THESIS I.

Ius naturae et gentium diuersa iura non sunt.

Equidem non dubitamus, multos subinde fore, qui vicio nobis vertant, quod in limine laboris nostri hujusmodi thesin posuerimus. Tritam esse eam optime nouimus, et a primis iuris naturae, in formam disciplinae redacti, incunabulis in ore omnium versatam. Veniam tamen facile impetraturos nos esse arbitramur, quum nihil agamus, quod a more disciplinas pertractandi alienum sit. Etenim iuris naturae et gentium controversi theses appositi, initium certe a celebri quodam capite facere debebamus, quantumvis illud paullulum sit peruvulgatus. Scilicet, ut reliquos omnes, qui hac de sententia mentem suam exposuerunt, caceamus, vel solum GROTIUS nomen

A.

bu-

huic questioni celebritatem suam vindicare poterit.
 Quanta et quam immortalia viri huius in ius naturae fu-
 erint merita, dissimulari tamen nequit, eum non solum
 admiscerit multa, quae ab hac disciplina proflus
 aliena sunt, verum etiam tradita fuisse ab illo plura,
 quae, si paullo adcuratius sub examen vocentur, funda-
 mento sunt destituta. Nos, qui ius naturae et gentium
 diuersa iura esse hac thesi negamus, in eo quoque *GRON-*
TIUM peccarse deprehendimus, quod errori satis communi
 faciem velut praetulerit, quo, iuris naturae praecepta a
 iuris gentium lege distare multum, haud pauci sibi per-
 suadent. Omnis autem aduersae huius sententiae ratio-
 si quid videmus, in eo sita est, quod mores, quibus gen-
 tes subinde adfuerunt, cum eo commutent contradic-
 centes, quod iuris est. Verum inique hoc fieri adpa-
 ret statim omnibus, qui modo pensauerint, longe aliud
 morum esse fundamentum quam legis naturalis. Quam-
 cunque enim constitudo vim in societate ciuili obtineat,
 ita ut saepenumero ius constituere censeatur, nunquam ta-
 men inter gentes liberas iuris nomen illa merbitur, ad-
 eoque ius gentium adpellari non poterit illud, quod a solo
 earum arbitrio penderit. Quodsi autem gentium placita,
 quae per longam temporis seriem inter se receperunt, iu-
 ris virtute carent, atque sub hoc titulo venire nequeunt,
 certe non videmus, quoniam sit demum illud ius gen-
 tium, quod a iure naturae distinctum esse vulgo venditant.

**Non omnia, quae recta ratio dictat, iuris
naturae sunt.**

Non vna suadet ratio, ut hancce thesin omni; conatu defendamos. Etenim, contrarium pfferendo quidnam saceremus aliud, quam vt morem imitaremur, nostris praecipue temporibus oculatissimis. visutum, quo suam quiuis, cui deditus est, scientiam omnibus aliis non praeferit solum, verum etiam reliquas artes ad summum diuinatissimus suad, ministras esse iudicat. Ad hancce consuetudinem si nosmet conformare vellemus, omnia ea ad ius naturae pertinere dicendum nobis esset, quae restat rationis auxilio ab homine cognoscuntur. Verum, quantumcumque iuri naturae ab omni, non dicam homine, sed erudito in primis, statui debeat pretium, turpe tamen foret huic disciplinae, defraudare velle ceteras, et velut cum damno aliorum locupletiorom fieri. Quocirca vnicuius scientiae lubenti animo relinquimus ea, quae proprie ad ipsam spectant. Tantum abest, ut homines illiteratos ex iuris naturae disciplina docere cupiamus, qua ratione possimum quemvis exercere artem suam oporteat. Veremur enim, ne, si ipri naturae omnia vindicemus, tandem vel ipsis coquis pracepta dare cogamur, quomodo iusculum parare debeant. Quae dum nobiscum perpendimus, non possumus non **THOMASII** celebrare laudes, qui primus

ve-



velut turbatos antehac iusti, honesti et decori limites restituunt.
Optandum esset, ut nostra aetas hos terminos rite seruaret! Non enim, quod per saturam quasi adhuc adjicimus,
putare debet quispiam, ac si scholarum vmbbris solummodo
relinquendum sit, horum officiorum obseruare differentiam.
Maximam profecto vel ipsi illi, qui ad reipublicae gu-
bernacula sedent, utilitatem capere possunt, si, quae iusti
honesti et decori sint, adcurate dignoscant.

III.

Recte adfirmatur, Deum iuris naturæ leges
adcommodaſſe indoli humani generis.

Nonne forsitan subtile quoddam venenum hic propina-
bimus? nonne anguis sub herba ifta latet? nonne for-
tassis illuc collineare nostra videbitur sententia, quod,
quum indoles humani generis omnia depravata sit,
praecepta etiam, quae ipsi adcommodata esse adfir-
mamus, prauitatis aliquid contraxerint? Absit vero
a nobis haec opinio, et auertat eam optimus maximus
iuris naturae auctor! Nostra enim quam hic defendi-
mus sententia tantum abest, ut monstri aliquid alat,
ut potius ipsi diuinæ sapientiae superstructa sit, quippe
quae naturam cuiuscunque rei cognoscit, adeoque decr-
nere nihil potest, quod ei non conueniat,

IV.

IV.

Nec incongrua est prorsus *VLPIANI* definitio, quod ius naturae sit illud, quod natura omnia animalia datur, neque ex omni parte adcurata.

Quod Jureconsultus *JAUOLENUS* L. 202. *Dig. de div. reg. iur.* ait, periculosa esse omnem in iure definitionem, suo *VLPIANUS* exemplo comprobasse videtur, quando iuris naturae finitionem adgressus fuit. Stoicam redolere philosophiam peculiarem hanc, quam de iure naturae *VLPIANUS* imbibit sententiam, sicut recentiores iuris civilis interpretes. Est enim haec communis fere doctorum opinio, quod Jureconsulti Romani Stoicorum addicti fuerint placitis. Repetunt hoc uno propemodum ore omnes nouelli Themidos antistites, quamvis praeter Stoicorum nomen saepenumero vix quidpiam teneant, quod ad antiquos hosce philosophos pertineat. Siue autem *VLPIANUS* ex ipsorum mente ius naturae finierit, siue ex suo haec depromserit ingenio, illud omnino certum est, naturalem potius instinctum quo omnia animalia reguntur, quam iuris naturae proprie sic dicti eum dedisse notionem. Istud saltem dubium remanet, quo fundamento illos naturae impetus iuris nomine appellare potuerit. Nostra quidem sententia, si quid iudicamus, ita subduxisse videtur calculum, ut omnia quae

B

fiunt

Fiunt, lege quadam aeterna regi indigitaret. Lex igitur quum omnibus rebus dicta sit, normam adesse patet, secundum quam cuncta in hac rerum universitate agi oporteat. Isti autem normae iuris notionem ab *VLPIANO* induitam fuisse, mirum adeo videri non debet, quum nihil alioquin sit visitatius, quam legem naturae cum iure naturae confundi. Interim non negamus, adcuratores esse multo, qui veramque rem rite separant, et ius naturae non legem naturalem esse dicunt, sed ius, quod vi legis istius hominibus a natura competit.

V.

Status libertatis in se non est status belli,

Parte ratione peccant, qui statum hominis, in quo a natura collocatus est, tranquillum ac pacatum, et qui eum tamquam miserrimum atque propter belli necessitatem turbidum representant. Cauendum enim utique est, ne vel splendidè nimis de natura humana sentiamus, et ne penitus de ea desperemus. Prius fecerunt *PUFENDORFFUS* et *CUMBERLANDUS*, posterius præcipue *HOBBSIUS* egit. Nobis in praesentia cum Anglo hoc solum res est, quoniam ita fert thesis nostra. Non melius autem Hobbesianæ sententiae lubricum fundamentum adparet, quam si rationes quibus utitur, *PUFFENDORFFI* argumentis opponantur. Hominis vero statum neque bel-

belli neque pacis statum simpliciter dici posse, sed esse quasi ad verumque differentem, multis modis cognoscitur. Ostendunt enim illud, cum hominis natura, quae libera est, et facile in veramque partem flectitur, cum varia, quae mortales circumstant negotia, et quae modo pacem, modo bellum suadent. Ulterius id ex diuersis hominum inclinationibus, vix dicere solemus, discitur. Nam prout cuiusvis sanguinis mixtio, quam temperamentum vulgo appellare consuevimus, comparata erit, ita vel pacem, vel bellum prefereret. Iratum hunc videbis illico, ob caussas saepe leuissimas, quum lenta e contrario alterius ira sit, nec facile vñquam prouocari queat. Neque aliter inter ipsas gentes liberas fieri solet. Minitatur mox populus alteri bellum ac caede, qui tamen, si praestare intelligit motos componere fluctus, siue animaduertit, cum hoste, non impreparato sibi rem fore, alias mox rationem init, ira ut exiguo pulueris iactu sopitae quiescant concepae prius simuleates. Quae cum paullo adcuratius considerentur, in oculos profecto incurrit, inter indifferentia omnino pondendum esse libertatis statum, hoc est, vt ab inicio mcnigum fuit, neque pacis neque belli statum cum simpliciter debere adpellari. Facile hinc lectores consentientes habehimus, longea se differre libertatem et licentiam. Libertatem satis philosophice si placet, definit Jureconsultus *FLORENTI-*
NUS L. 4. Dig. de statu homin. quod ex naturalis facultas
eius,

eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur.
 Libertas igitur tantum abest, ut obligationem tollat, ut
 potius amice cum ea consiperet. Licentia, quam *ius filium*
 adpellare placuit *L. B. de WOLFF P. l. iur. nat. S. 150.*
 ex effectibus facilius, quam ex definitione, cognoscitur.
 Verum vero ad libertatem an ad licentiam pertineat tritum
 illud, *sentire quod vis, dicere quod sentis*, aequorum li-
 berorumque lectorum iudicio relinquimus.

VI.

**Non omnes homines Jureconsulti sunt, qui
 iuris naturae praecepta norunt.**

Si aduersa huic propositioni sententia vel maiori ex par-
 te veritati magis esset consentanea, quam dolenda foret sors
 veterum Graeciae Latique legislatorum, quam frustane-
 am illorum diceremus curam, qui rudes hominum mores
 legum auxilio formare conati sunt, quam exiguum, ut pro-
 prius ad nostra tempora accedamus, statuendum esset preti-
 um *GRO TII* aliorumque curae, quam ad explicandas iu-
 ris naturae leges adtulerunt: Verum salua res est! Etiam-
 si enim id dare vellemus, omnes homines legum naturae
 habere noritiam, tamen non videmus, quomodo inde elici
 aliquid possit, quod nostrae thesi sit contrarium. Forsitan
 ad adstruendam nostrae propositionis veritatem, id vnum
 dixisse

dixisse sufficeret, officium Juri consulti esse, non solum leges nosse, verum etiam applicare eas factis hominum. Id autem num omnes possint, sua quoniam docebit conscientia.

Pactum metu iniusto extortum non valet.

Quod vetas illa iurisprudencia Romana aliter hac in re subduxerit rationes, aut arcanae quibusdam artibus politicis, quae Homines, nūl nisi bellum sp̄antes, intrepido semper esse animo, nec vilo deterreti periculo debere, docebant, aut Stoicae philosophiae dogmatibus, quae discipulos suos corpore, ut ita dicamus, atque omni humanitate sensu exuere conabantur, tributandum est. Comprehendi autem vix potest, quomodo post tot seculotum vicissitudines, totque morum mutationes, inveniatur adhuc hominum genus, quod, cum Romana fieri forsitan operer, huic quoque principia verbis, nescio an factis, etiam, assentiar. Varijs, ut sententiam suam corroborat, reputatur argumentis, inter quae vel illud primum locum occupat, quod homo, etiamsi metu adactus fuerit libertatem eligendi semper habeat integrum, adeoque non deficit in ipso illud, quod pacti velut essentiam constitutat. Verum non cogitant qui ita sentiunt, ad pacti validitatem ius acceptandi quoque ex altera parte requiri. Quod tamen qua ratione is, qui alterum vi iniusta cogit, sibi arrogare possit, non videmus.

III. *On the* *use* *of* *the* *new* *method* *in* *the* *analysis* *of* *the* *various* *constituents* *of* *the* *minerals* *and* *rocks* *of* *the* *Sierra* *de* *Guadalupe*.

Homines etiam secundum ius naturae considerati, inaequales esse possunt.

Facile hinc sententiae calculum quiuis adiiceret, qui modo semetipsum insospicere, atque ad id animaduertire voluerit, quod inaequalitatem inter homines constituit. Et enim quilibet paullo cordior non potest non perspectum habere, quod neque diuinitas, nec ingenii praececellentia, nec imperium vel subiectio, utpote res, quae ex solo consensu nostro orum trahunt, aut quodcunque deinceps illud sit, quod ad praescendum nosmet alii animam nostrum capie, sed quod sola illa, quae velut ex intima hominis natura deponens est in differentia, maior nimis problematis vel improbieas queritur vel minor legum naturae obviandis servatias uno verbo, ad curatior vel negligebit officiorum adimplentio, homines reddat inaequales. Sole igitur clarissime sic, quod, abstinentia ab omni alia imaginaria praeeminentia, mortales etiam secundum ius naturae considerati, inaequales esse possint.

Chlorophyll a fluorescence in the mesophyll and epidermis of *C. sativa* L. at different stages of development

enriched food, 300 gms., per day.

IX.

Status ciuitatis non tollit aequalitatem hominum.

Aetum esse de causa nostra illico putaueris, si nobis haec affirmantibus imperii ac subiectio*nis* ideas, quae ciuitatis statui propriae sunt, ante oculos posueris. Pugnare enim iuicem videntur, imperio, subiectum esse, et retinere aequalitatem. Verum non est, quod de sententia nostra desperemus. Nonne enim aequali iure omnes in ciuitate gaudent, ad finem ciuitatis consequendum, hoc est, ad percipiendam communem securitatem utilitatemque? Nonne omnes eodem modo legibus parere oportet? Nonne mutuis, cuncti officiis ibi iuicem obstricti sunt? Taceo, quod omnes quotidiano velut experimento discimus, scilicet, sub uno Principe omnes aequali modo vivere felices.

X.

Non potest ullum de gentium inter se praecedentia allegari fundamentum, praeter pacta, quae super hac re aliquando ineuntur.

Si **CHEFLETTI** et **BLONDELLI**, quas occasione huius quaestio*nis* inter se agitarunt, controvenerint in-

inspiciantur, adparebit quidem, utrumque strenue, illum
 Hispanorum, huic Gallorum tutum fuisse partes. Verum,
 nisi nos omnia fallunt, ipsae horum virorum lites maiore
 in luce veritatem ponunt, quod natura huius praecedentia-
 tiae fundamentum non suppeditet. Quomodo enim
 lis hac de re unquam moveri potuisset? Quodsi ludere
 in argumento serio fas esset, gentium praecedentiam haud
 secus comparatam esse dices, quam numinum ethnico-
 rum apud *OVIDIUM Lib. V. Fastorum v. 20. sq.*
 antequam, ut poeta canit, sacra in olymbo erat maiestas.
 Scilicet tunc

--- par erat omnis honor;
 Saepe aliquis solio, quod ex Saturne tenebas,
 Ausus de media plebe sedere Deus.
 Donet Honor, placidoque decens Reverentia vuln.
 Corpora legitimis imposuere toris.

Quae verba posteriora forsitan in mentem revocare
 poterunt summi Pontificis institutum, quod Anno 1504.
 inoleuisse meminimus, et quod certo ordine Reges Chri-
 stianos in Basilica collocat. Satis superque autem ex
 antea dictis constare arbitramur, consensum, sive expres-
 sum sive tacitum, utramque hac in te facere paginam,
 ita ut nec animi vel corporis doles, nec potentia, nec
 sapientia, nec alia res, quaecunque illa demum sit, quic-
 quam ad id conferant. Hacc omnia enim quae non ex-
 posita sunt mutationibus:

Fustium, ictus vel alterius mali inflictio,
non infamat, sed caussa.

Juris civilis potius sententiam, quam quae ad ius naturae pertineat, hic sibi offerri forsitan existimabunt illi, qui sciunt, iam olim a Jureconsulto MARCELLO in L. 22. *Dig. de his qui notantur infamia*, eandem fuisse propositionem. Sed, vtcunque haec a juris civilis perito dicta fuerint, nihil tamen impedit, quo minus ad ius naturae etiam haec quaestio spectare dicatur. Facile largiri possimus, Jureconsultum Romanum, dum haec scriberet, ad ciuiles potius quam ad naturales respexisse rationes. Novimus enim, fustigationem apud Romanos ad eiusmodi poenas fuisse relatam, quae coercionem corporis solum continebant, vti ex L. 7. *Dig. de poenis* constat. Hinc expresse CALLISTRATUS in L. 12. *Dig. de Decurionis* negat, infames fieri aut ab honoribus arcendos esse, qui ab aedilibus flagellis caesi erant. Nam aliud erat, verberibus seruilibus coerceri, aliud fustibus caedi, quod non nisi liberis hominibus, si modo non essent honestioris conditionis, contingere solebat. Quo pertinent L. 28. *Dig. de poenis* et L. 12. *Dig. de iure fisci*. De moribus igitur Romanorum potius, quam de iuris naturae principiis cogitasse

tasse hic *MARCELLUM*, admodum sit verosimile. Quomodounque autem ista sese habeant, sat rationis habere credimus, cur, naturali quoque fundamento hanc nisi sententiam, adseramus. Etenim, quae in contrarium forsitan adferuntur, tanti certe non sunt, ut nos commoueant. Per carnifices aut aliud eiusmodi leue hominum genus fustibus caedi, ait, condemnatos. Sed quis dixit tibi, quae-
so, carnifices, aut quocunque demum nomine illos adpel-
lare volueris, per se infames esse? Pendet hoc ab opi-
nione ciuitatis. Quae quum multis adeo obnoxia sit mu-
tationibus, nescio quomodo in illa omnem fiduciam col-
locare possit homo sapiens. Fac autem, carnificibus a na-
tura maculae aliquid adhaerere, num infamiam propter
ea contraheret, qui insous ipsorum manus passus fuit? Ita-
ne autem, pergis, insous quoque fustigationem patitur?
Mirum hoc tibi videri equidem non miramur. Nam
si omnia secundum ius fiant, fieri vix posse crederes,
ut aliquis citra culpam suam fustium ictibus subiiciatur.
Fustigatio enim non nisi merenti dictari debet, adeoque
illa semper infamiam irrogabit. Bene se habent, quae
differis. Verum, si contra nos hisce dictis aliquid euin-
cere conaris, egregie falleris, atque non vides, petere te
id, quod in principio est. Etenim, vixunque iudicem,
in decernenda fustigatione cautum ac prouidum esse oport-
eat, homines tamen sumus, adeoque eueniire omnino pot-
est

est, ut innocentis etiam haec poena aliquando infligatur. Eiusmodi autem hominem infamem adhuc habere, postquam innocentia ipsius ad liquidum perducta est, nac contra omnem humanitatis sensum foret. Hunc in modum fortasse temperanda erunt, quae KRESSIUS ad ordinationem criminalem Caroli V in notis *ad artic. 198 §. 4. p. 728.* maiori quam par erat, fiducia adseuerat, scilicet, fustigationem hodie semper irrogare infamiam. Firmo enim stat tali, quod CORNELLUS, grauissimus tragoeiarium apud Gallos scriptor ait:

Le crime fait la honte, et non pas l'echaffaut.

XII.

Etiam volenti fieri potest iniuria.

Si iuris civilis cum iure naturae concordia ex praecedenti thesi adparet, certe illa non minus ex his, quae iam proponimus, cognoscitur. Quod enim ius civile eundem in modum sentiat, aperte ex *L. I. Dig. de iniuriis et famosis libellis* patet. Nos qui in enucleando hoc iure iam non versamur, vberiori allegati textus explanatione merito supersedemus. Namque de eo in praesentia solum dispiciendum nobis est, an non naturae quoque ius doceat, volenti fieri posse iniuriam. Facili autem negotio illud deduci posse arbitramur. Nam, si cogitaueris, homini, maxi-

maxime in ciuitate constituto, non omnimodum in semetipsum ius competere, ita ut pro libitu ei renunciare queat, non dubitabis forsitan, quin fieri possit, ut iniuria aliquando in eum committatur, etiamsi in illam consenserit. Fac enim, consensu immo iussu alicuius fieri, ut ab altero, qui ius interficiendi non habet, occidatur, quod facere quandoque solent homines vitae suae pertaesum, an non eiusmodi quoque homini iniuriam inferri putas, si alterius iussu ipsius obtempereris? Dicis, non isti sed ciuitati potius hoc pacto fieri iniuriam, ut pote quae ius quaesitum in occisum habuit, Nos autem non ciuitatem solum, sed ipsum illum etiam, qui ita imperfectus fuit, laesum esse constanter adseueravimus. Jus enim perfectum habuit, qui tristi hac morte occubuit, ad vitae suae conseruationem, quod ipsi sine iniuria eripi haud potuit. Tacemus in praesentia causus alios, ex quibus veritas dicti nostri vterius constare posset, volenti scilicet etiam fieri iniuriam, si nempe lex factum prohibeat.

XII.

Metus crescentis potentiae iustus, causa belli iusta est.

Celebrem hic adgredimur quaestionem, non nouam quidem illam, sed quae a *GROTI* inde aetate multum diuque agitata fuit. In eo quidem omnes propriodem, et ipsum quoque nostrum iuris naturae antesignanum consenti-



sentire intelligimus, quoq; occupari possit facinus; si iusul-
 tator arma arripiat, ita ut adpareat, eum id facere oppri-
 mendi nos animo, At aliter prorsus rem se habere,
 aiunt, si metus noster sola alterius potentia crescente ni-
 tatur. Quum enim metum inde ortum, admodum in-
 firmum esse credant, ferri posse negant, vt metuentes sibi
 hoc casu statim bellum cieat, Quicquid autem differen-
 tientes in contrarium dicant, non tamen a nobis ita op-
 nione sua sciuncti sunt, vt non facilis negotio inter nos
 conuenire queat. Nam certe nos ii non sumus, qui,
 leuem quemcumque metum ex alterius potentia enatum
 belli caussam iustam suppeditare, arbitremur. Nec ve-
 rendum profecto est, vt principes, qui adeo formidolose
 res suas instituunt, alios vltro adgrediantur. Ita saltem
 statuimus, vt, si potentia alterius ex oppressione potissi-
 mum aliorum penes se populorum creuerit, sique ea no-
 bis iam grauis esse incipiat, quod fieri potest, si alter
 forsitan in finibus nostris ingentem colligat exercitum,
 aut fortalitia exstruat, uno verbo, si metu haud vano
 omnia ab alterius vi iniusta timenda nobis esse videamus,
 vt, inquam, tunc iusta vtique caussa adsit, quapropter
 hostis adeo periculosi machinationes a nobis bello praec-
 uerti queant. Mathematicam hic expectare velle cer-
 titudinem, nimis modestum, quin imo frustraneum foret,
 quum illa in moralibus vix haberi queat, Optime, quae

Hoc loco differimus, ipsius *GROTI* sententiae conueniuntur. Longe enim aliter, quam in iure naturae ab ipso factum est, alia occasione rationes subducit, vbi nimis legationis Belgicæ ad Elisabetham Angliae Reginam missæ mentionem facit. Etenim legatos istos expresse ita loquentes offert: *Melius olim populi ac reges, qui ipsi adhuc illacessiti crescentibus imperiis in tempore obuiam ierunt, ne caeteri suam in perniciem vincerentur. Sciebant quippe, bellorum alia geri, ut pax habeatur, alia, quia haberet non potest. Nam, ut aquae et ignis, quarum rerum contraria natura est, ita eorum, qui imperare omnibus cupiunt, et qui seruire alteri nolunt, perpetua et immortalis pugna est, in qua vindicari serum, imminentem antecapere prudentis et gloriosum est.* Non enim puniendis tantum iniuriis, sed praeuertendis maxime regimen principibus et arma coelitus data. Ne tuerit se quidem, qui tueri contentus est. Nocentes animos irritat impunitas. Vid *GROTIUM* in hist. Belg. L. VII. ad annum 1598. p. m. 447. Quae verba, quem potius *GROTI* quam legatorum sint, docent praefecto, a nostra sententia cum plane non fuisse alienum, enum. Ante ea tamen facile largimur, magnam habere difficultatem, vt ea, quae hic proposuimus, in applicatio- nem convertantut.



XIV.

Decidi non potest, quo usque belligerantibus facultas competit sibi inuicem nocendi.

Regula, quae huius quaestione intuitu suppeditari vulgo solet, tamdiu scilicet hosti noceri posse, donec nos ab ipsis iniuria totos praetulerimus, tantum abest, ut rem conficiat, ut potius novis eam implicet difficultibus. Infinitam *PUFENDORFIUS* nocendi facultatem bellum suscipientibus tribuit, cuius propterea principia ferociae aliquid spirare a multis dicuntur. Leniora suadere velle, etiam si maioris aequitatis prae se ferret speciem, nescimus tamen, an magnaे utilitatē sit futurum. Ex tempore, loco, aliisque circumstantiis dijudicandum est, quid fieri oporteat, ac proprio laesi iudicio relinquatur merito, quinam fines ultioni ac vindictae ponendi sint,

XV.

Aduersus hostem Christiano etiam barbarorum auxilio uti licet.

Ludibria se exponunt, qui bellum ex Platonicis ideis geri cupiunt, hoc est, qui a belligerantibus, non dicam iustitiae atque aequitatis obseruantiam, sed illud quoque expectant, ut omni ratione sibi inuicem parcent. Nescimus, an

at non si etiam hoc referendi sint, qui populo Christiano turpe esse dicunt, barbarorum implorare auxilium contra gentem, quae itidem Christi sacris addicta est. Nam quaecunque demum ad ornandam caussam suam adferant, facile rarnen patet, omnia eo redundare, ut insignem, nescio quam, pietatem in hostes exercendam esse arbitren-
tur. Hosti, hoc est illi, qui ius nostrum perfectum lae-
sit, voceri posse nemo inficiatur. Quid igitur impedit,
quo minus id per illos quoque fiat, quos barbaros vulgo
adpellare solemus? An dulcissim Mori putas, qui a mili-
tibus Christianis morte ingeniosa perimitur, quam qui
infidelium manibus trucidatur? Vix haec in mentem tibi
venire crediderimus. An supremo numini iauisum esse
arbitraris, a Christianis barbaros in auxilium adhiberi,
quoniam populo Israëlitico id quondam interdictum fuerat?
Nos vero talia obiicientem sedulo rogavimus, ut, quanquam
interdicti huius diuini ratio fuerit, cogites. Aliam enim
vix dabis, quam quod summus rerum arbiter ipse populi
Judaici bella gesserit. An denique de nomine Christiano
actum esse putas, si quis barbarorum auxilio ad de-
bellandum hostem suum utatur? Nos autem, si quidem
certo nobis constaret, tei Christianae ex eiuscmodi cum
infidelibus foedere quicquam timendum esse, primi omni-
um illud condemnaturi essemus. Quantum ab Impera-
tore CAROLO V. quondam Regi Galliae exprobratum
fuerit, quod Turcas contra se lassisse voluerit, ex hi-
storia

Ristoria illius temporis notum esse debet. Vid: **THUANUS**
L. I. ad annum 1536. Nos hanc in rem illud saltem
adiicimus, Gallos Caesarem non minus accusasse, quod
Turcarum ipse illo tempore quaequivit amicitiam. Vid:
VARRILLAS *histoire de Francois I. et de Henri II.*
Quid enim usitatus in vita humana, quam ut ea expobre-
mus alii, a quibus ipsi non multum alieni sumus?

XVI.

Non peccat, qui subditos hosti suo ad sedi-
tionem excitat.

Nolumus in praesentia illud denuo urgere, quod iam
in antecedentibus monitum fuit, scilicet operam perdere,
qui, ut hostis erga hostem rigidam virtutis custodiā ex-
erceat, postulant. Alia sunt, quae ut sententiae nostrae
contraria remoueri a nobis debent. Quād nimirū se-
dition ex parte rebellium non sine summa prauitate fieri
queat, is ipse etiam, qui vel occasionem peccandi p̄aebet,
vel homines seditionis fouet, insignem committere vide-
tur malitiam. Cui dubio ut recte respondeatur, duae
quaestiones separandae sunt. Altera, num rebelles pec-
cēnt; altera, num inique hostis agat, qui seditionis au-
tor est. Priorem uti adfirmare omnino debemus, ita
ad nos plane non pertinet. Posteriorem vero propterea

F

iure.

ture nostro negare credimus, quoniam hostis, qui faciem
et arma rebellibus ministrat, alterum indignum iudicat,
vi ciuibus, qui ei hactenus subiecti fuerunt, amplius im-
peret. Longius in haec materiam excurrendi animus no-
bis non est. Recte autem hic locum ubi vindicare arbit-
eramur, quae acutissimus **BAELIUS** de Principe alterius
subditos ad seditionem excitante, in dictionario historico cri-
tico sub voce *Cassius Chaerea* not. D. differit: *La poli-
sique des Princes a quelque chose de bizarre: ils font tou-
te, qu' ils peuvent pour débaucher les sujets les uns des
autres; ils donnent retraite aux conspirateurs, ils protègent
les rebelles; et ils ne voient pas que c'est une belle leçon
de révolte pour leurs propres sujets, et une esperance pro-
chaine de secours.* Cette disparate vient de ce qu'on ne
songe qu' au présent: car si l'on songeait aux conséquences
pour l'avenir, jamais un Prince ne contribueroit un sou
ni une parole en faveur des rebellions.

XVII.

Moderamen, inculpatae tutulae contra
quoscunque hostes nostros, sine respectu
qui

qui sint, secundum ius strictum, recte adhibetur.

Jure ita evenire ait JCtus **FLORENTINUS**, in L. 3. *Dig. de Justitia et Jure*, vt, quod quisque propter ~~reuelam~~ corporis sui fecerit, iure id fecisse existimari debeat. Cuius Jureconsulti auctoritatem non eo animo adducimus, ac si causae nostrae patrono opus esse credamus, sed ut vel inde lectoribus patefiat, quantus inter naturale ac civile ius sit consensus. Positum enim in eo est præcipue dictum ita moderamen inculpatae tutelæ; seu defensio sui priuata eaque violenta, vt liberos nos etiam in statu ciuili cum violentia ab iniuriis friuoli aggressoris præstare queamus, si iudicis haberi potestas non possit. Quod priuatae defensionis ius non opus est, vt ex caritate qua omnes homines erga se feruntur, aut ex imminentे vitæ periculo, deriuemus, quum potius ex palmario illo iuris naturalis principio: *Neminem laede*, ideoque ex illata ab altero iniuria id sua sponte fluat. Haec autem inculpatae tutelæ vera origo si recte pensetur, dubitari amplius non posse crederemus, quod contra inuasorem, quicunque demum ille sit, defendere sese liceat. Inueniuntur tamen, qui ab aggresso scrupulosam admodum deliberationem postulant, antequam ad sui defensionem

pro-

progredivatur. Considerare enim iubet defensum se ante omnia, num invasor sit persona dignior, sapientior, aut reipublicae utilior? num reverentia adgressori debita, num aliae circumstantiae suadeant, ut ei parcatur? Parvum profecto abest, quin valuerit, quod in scholis tradi solet, moralis doctrinae systema, illo tempore ab homine in hocce Rati posito, ediscendum esse existimat. Vixum, aut egregie fallitur, aut plus quam Stoicam, qui ita sentiunt, ab homino exiguus, animi praesentiam, quum eiusmodi res postulent, quae sine longa deliberatione sapere obsecrari nequeunt. Quid decorum, quid alia principia, nobis hoc, in casu, commendent, iam non quaerimus. Prouocamus autem confidentissime, aduersarios nostros, ut ex luce naturae, stricto sententiam suam, nobis demonstrent.

XVII.

Nullius criminis reus est, qui tempore necessitatis summae res alienas auferit.

Omnis, quae forte hanc thesin premet, difficultas inde potissimum oriri videtur, quod casus, ubi quis in summa necessitate constitutas est, vix cogitatione concipi queat. Quum enim hodie occupata sint fere omnia, quae primacula hominum decant in medio iacebant, adeoque adsignatam velut omnes mortales suam habeant partem,



tem, dubium multis videtur, quomodo fieri queat, ut aliquis in extremam necessitatem hoc est in eum statum incidat, ubi omnibus plane rebus ad vitam sustentandam necessarius, omni proflus aliorum ope atque auxilio destitutus est. Verum hocce dubium sententiae nostrae certe non nocebit. Perinde enim esset, ac si dicere vellermus, homines egenos plane iater mortales non dari, quoniam homines beati, et quos nunquam infelix paupertas pressit, de egestate aliorum vix cogitare quidpiam posse fuit. Certe illud concedere nos oportet, quod multa requirantur, antequam de aliquo vere adfirmari possit, in summa necessitate eum esse constitutum. Ut enim summa necessitas alicui ius in res alienas tribuat, non solum id necesse est, ut malum, quocum sine alterius culpa conflictamur, extrema minaretur, verum etiam ut non nostra culpa in illum statum peruererimus, nec aliud denique remedium superfit, nisi id quod adgredimur, quo superari calamitas nostra queat. Haec autem requisita quando adsunt, summam necessitatem non solum in vitam sed quoque in bona aliorum, ius nobis dare, omni ratione adfirmatur. Ordinaria, quae ad finem in hoc mundo consequendum creator nobis dedit remedia, labor et preces sunt. An vero credendum est, noluisse eum ut extraordinariis utamur remedijis, ubi in statu extraordinario positi sumus?

XIX.

Gentes liberae a promissis sibi inuicem factis licite resiliunt, quam diu nondum constat, alteram ea acceptasse.

Quemadmodum in omni hominum pruatorum pacto acceptatio praetipue consideranda est, ita profecto illa in gentium liberarum promissis omnem facit paginam. Quare a nemine forsaa in dubium vocabitur, integrum semper esse utriusque paciscentium, mutandi animorum, et neutri ius nasci, quam diu res in meis deliberationibus subsistit, nec per acceptationem ab utraque parte in idem placitum conspiratum fuerit. Indubitati iustis sunt ea quae modo diximus, si alter, cui offeratur aliquid, deliberandi spatium sibi expetat. De eo autem adhuc disceptatur, quid de intentione offerentis in dubio statendum sit. Vtrum haec sub conditione obligare se voluerit, si alter acceptauerit oblatum, an vero ex eo demum tempore patrum etum voluerit conualescere, quo constet, alterum ea quae proposita fuerunt, acceptasse? Impedita satis haec videatur esse quaestio. Sed si rem omnem recte pensitemus, omnia, ut GUNDLINGIUS in iure naturae c. XII. §. IO. adcurate obseruat, eo redundant, an ab altero vere acceptatum fuerit, adeo, ut potius ad facti quam ad iuris quae-

quaestiones hoc thēma pertineant. Id certum est, pactum non dici posse perfectum quamdiu adhuc aliquid perficiendum restat. Deest autem aliquid, donec ab altera parte acceptatio fuerit secuta.

XX.

Nullius fere usus est doctrina de errore ac dolo, quando de pactionibus gentium liberarum sermo est.

Neminem tam male in nos animatum fore arbitramur, qui legendo hanc thesiā eam esse credat sententiam nostra, ut gentium pactis errorē ac dolū nihil prorsus nocere statuamus. Etenim et nos lubenter concedimus, errorem qui consensum plane tollit, et dolū gentium negotia non minus, quam priuatorum actus reddere invalida. Illud tantum nobis volumnus, difficilis admodum rem esse discepcionis, si de errore ac dolo, quo gentes liberae inter se pacientes circumventae esse dicuntur, quaestio instauratur. Ad errorē enim quod attinet, quaenam huius rei probatio poterit fieri? Inter priuatos aut iurisiurandi delatione vel praestatione, aut testibus potissimum error fit manifestus. Quamnam vero utilitatem modi hi probandi in statu libertatis praestare poterunt? De dolo si quaeris, facilitatis quidem īs yidetur ēsse probationis, quum

quādā citius in oculos incurrat. Quoniam tamen in gentes
liberas dolē non cadit suspicio, probatione semper opus erit.
Quae si nō ex iphis pactorum tabulis defumi possit,
magnam semper creabit difficultatem. Rebus autem ita
comparatis, non inique a nobis pronunciatum fuisse credi-
mus, quod regulæ, quae vulgo ad erendum errorem
ac dolum; suppeditari solent, ad gentes liberas vix qua-
drent.

XXI.

Non fuit insigniter probus *FRANCISCUS I.*
quod nonnulli iactant, dum *CAROLUM V.* iter
per Galliam ad Gandenses facientem sal-
uum atque incolumem dimisit.

Facile a lectoribus veniam impetraturos nos esse spe-
ramus, quod historica quaedam, juris naturæ thesibus im-
misceamus. Non enim, quae hoc loco proponuntur
a scopo hactenus nobis proposito abludunt. Nam ad
Jus naturæ utique pertinet quaestio, num salua iustitia
FRANCISCUS CAROLUM eo tempore captiuum deti-
nere potuerit? Quod sane omni ratione negandum esse
credimus, illud nimirum cogitantes, quod *FRANCISCUS*
fidem suam dederat *CAROLO*, saluum ipsi per Galliam
iter fore, Fidem vero datam frangere nolle, aut nolle.

ut BAELIUS l. c. sub voce CHARLES V. loquitur, insignem perfidiam committere, magnam mereri laudem, non nisi illi forsitan existimabant, qui promissis suis stare haud multum confuerunt. Sed instant forte dissententes, a quibus nec ipse THUANUS adeo alienus videatur, instant forte, dicimus, atque vel eam ob caussam maximam FRANCISCO laudem deberi vrgent, quod recusauerit Gandenses ultro id offerentes in fidem suam recipere. Ad ea autem tam speciose dicta reponimus, non fidem et generosum animum dicendum esse, quod quis spe luci optimioris reiicit. Etenim tam liberalem se FRANCISCUS fortasse non gessisset, si ei a CAROLO spes de Mediolano restituendo non fuisset facta. Vid. THUANUS L. I. ad annum 1539. et qui rem prolixius enarrat MEZERAL *histoire de France T. II. ad annum 1539.*

XXII.

Qui foedus ineunt de praestando contra quaslibet auxilio, non obligantur, ut contra innocentem agant, obligantur tamen, ut cum neutras partes teneant.

Inter omnes constat, ad exceptiones, quae priuatorum pacta vitiant, etiam turpem caussam pertinere. Ex turpi enim caussa, hoc est ex illa, quae legibus bonisque moribus repugnat, si quis promisit aliquid, obligatio nasci non potest, quoniam itidem ut in pacto metu extorto ius

acceptandi in altero deficit. Quin igitur haec ad gentium liberarum quoque pactiones applicari debeant, nemus forsitan in dubium vocabit. Turpis autem quum ea etiam foret pactio, quae ita initur, ut vi iustius opprimatur innocens, sat rationis habere nos animaduertis, cur gentes foederatas ad debellandum innocentem obligari negemus, quantumuis vi foederis sui contra quoscunque socii hostes auxilium praestare teneantur. In foedere enim, vix recte philosophatur GROTIUS L. II. C. 16. §. 16. n. 3. ad bellum quodvis inito praesumitur ratio habita prudentiae et pietatis eius quicum agitur, ut qui non modo non iniuste sed nec tenere bellum suscepturus videretur. Hacc autem praesumptio si fallit, vti fallere facillime potest, si que socius bellum incipiat iniustum, recte omnino auxilium denegatur. Maxima vero, quae hanc rem circumstat difficultas, in eo sita est, quod obscurum esse plerumque soleat,

-- quis iustius induat arma.

Ita enim belligerantes res suas instituunt, ut dici vix possit, vter eorum caussam habeat iustiorem. Judicemus qui hac de re cognoscat, in orbe terrarum principes habent nullum. Competit tamen quodammodo haec potestas ipsorum foederatis. Qui si sentiunt, iniquum a socio suo bellum geri, non solum prudenter sed etiam iuste agunt, si neutras teneant partes. Prudenter agunt, ne suo, vix dicitur, iumento malum sibi accersant; iuste autem agunt adeoque ad id obligantur, quoniam contra quoscunque, exceptis innocentibus, auxilium promiserunt,

XXIII.

XXIII.

Validae sunt Principum renuntiationes de successione futura factae, si liberos nondum habeant.

Si villa e quaestionibus iuris gentium vexata dici potest, huic certe illud nomen in primis competit, quae hic a nobis proponitur. Pertinet autem hoc thema simul ad ea, quae hodierni sunt saporis, nostrisque praecipue temporibus tractantur. Infinitam enim discutiendae huic quaestioni actas nostra occasionem dedit. Controversias tamen hac de re agitatis ut in praesentia non immorabimur, ita id saltem agemus, ut sententiae nostrae fundamentum lectori ante oculos ponamus. Validas igitur quando Principum renuntiationes dicimus, si liberos nondum habeant, ratio asserti in eo posita est, quod nondum nati nullum adhuc ius habeant illud ius acquirendi, quo parentes se se abdicant, adeoque iniuria iis fieri nequeat, quando parentes iuri renunciant, quod demum per illos ad liberos nondum natos peruenire poterat. Evidem nouimus, nascituros ex iuris principiis pro iam natis haberi, quoties de ipsorum favore agitur. Verum hoc axioma non nisi ad liberos iam in utero existentes pertinet. Hisce enim ius iam quae situm videtur ea acquirendi, quae a parentibus haberi queunt. Qui de principum renuntiationibus earumque natura plura legere cupit, cum remittimus ad notissimas, quae sub ficto nomine *Filiz Moriz* circumferuntur, literas. Multa enim mentio-

ratu

ratu digna sibi deprehenduntur, et satis acute quaestio excutitur, cum successio in regnum a parentum arbitrio pendeat.

XXIV.

Foedus non frangunt gentes quae extremae expectantes tandem a foedere resiliunt.

Quum omni foederi tacita ista conditio iasit, ne pactum in extremum foederatorum malum vergat, facile patet, fidem eos non fregisse, qui, postquam ultima iam expectarunt, tandem a foedere initio recedunt. Non caritas igitur sola, quam nobis met ipsi debemus, sed, quod magis est, ipsa quoque iustitia hanc rem dictitat. Solent in eo omnes conuenire, quod ab illo auxilium promissum iure peti non possit, qui rebus et militibus ad defensionem sui ipsius opus habet. Non videamus igitur, cur excusationem non mereantur, imo, cur non iuste agere dicendi sint, qui, ubi ad extrema peruentum est, ubi summum sibi ipsi ministri periculum cernunt, si diutius socium adiuvuerint, inde se recipiunt, ita tamen, ut discessus eorum nihil fugae simile habeat. Rebus enim ita comparatis si receptui canant, possunt quasi cum HORATIO, verbis paululum mutatis, dicere:

*Vixi duellis nuper idoneus,
Et militavi non sine gloria,
Nunc arma defundamque bello
Hic ferrum paries babebit.*

Verum et nos haec ipsa occasione monemur, ut signum demus receptui, hoc est, ut labori nostro, quem lectoris benivolentiae commendamus, imponamus finem.

*Caccieris de genere hoc adeo sunt mula, lequacem
Ut lassare queas Fabium.* HORAT.